

1) *Aediculam*. — 2) *Vicus trium ararum memoratur inter vicos regionis primae urbis Romae in basi quam magistri vicorum posuerunt Hadriano nunc Capitolina VI 975*. — 3) *Praetoris*. Augustum instituisse, ut quattuordecim regionum urbis tutelam praetores et tribuni plebis quotannis inter se sortirentur, indicant Dio 53, 8, Suet. Aug. 30, confirmant tituli N. 3616—3620. 3772.

**3617** Laribus Aug. et Genis Caesarum, [imp. *Caes. Domiliano Aug. cos. IX*] | desig. X<sup>1</sup> p. p., permissu A. Anni Camartii tr[ib. pleb.<sup>2</sup>, *aediculam reg. I vici Honoris*] | et Virtutis<sup>3</sup> magistri anni LXXXII<sup>4</sup> a s[olo impensa sua restituerunt]: | C. Julius C. I. Zosimus, M'. Birrius M'. I. Hierus, M'. B[irrius M'. I.] . . . . .

*Romae, incertum quo loco urbis rep., iam Veronae (VI 449 vidit Mommsen).* — 1) *A. 83*. — 2) *Cf. N. 3616 not. 3*. — 3) *Vicus Honoris et Virtutis memoratur etiam inter vicos regionis primae urbis Romae in basi Capitolina (cf. N. 3616 not. 2). Nomen sine dubio habuit ab aede Honoris et Virtutis, quam Marcellus voverat (Liv. 27, 25 cet.).* — 4) *Huius igitur vici primi magistri videntur iniisse a. u. c. 745 (ante Chr. 9).*

**3618** Laribus Augustis | imp. Nervae Caesaris Traiani Aug. Germ. cos. II<sup>1</sup>, permissu Ti. Allieni Sicini Quintiani tr. pl.<sup>2</sup>, | idem probavit, aediculam regionis VI vico Portae Collinae vetustate | conlapsam a solo sua impensa restituerunt magistri anni CI.<sup>3</sup>: | Ti. Sicinius T[i.] I. Receptus, A. Varro A. I. Felix, P. Vettius P. I. Posidonius, C. Turranius C. I. Geni[alis].

*Romae in monte Quirinali (VI 450 cf. 30768 integram nescio quis descripsit saec. XV exeunte, quod exemplum referunt Iucundus et Manutius, partes unus alterve descripsit saec. XVI. XVII).* — 1) *A. 98 vel 99*. — 2) *Cf. N. 3616 not. 3*. — 3) *Apographa variant inter anni CV et anni CI.*

**3619** Laribus Augustis et Genis Caesarum, | imp. Caesari divi Nervae filio Nervae Traiano Aug. Germ. pontifici maximo trib. pot. IIII cos. III desi[g. IIII<sup>1</sup>], | permissu C. Cassi Interamnani Pisibani Prisci praetoris<sup>2</sup>, aediculam reg. XIII vici censori<sup>3</sup> magistri anni CVI. . | vetustate dilapsam impensa sua restituerunt, idem pr.<sup>4</sup> probavit: L. Cercenius L. lib. Hermes, M. Livius O. lib. Donax, | P. Rutilius P. f. Priscus, L. Coranius L. lib. Euaristus. | Dedic. | IIII k. Ian.<sup>5</sup> | L. Roscio Aeliano | Ti. Claudio Sacerdotae (*sic*) cos.<sup>6</sup>

*Romae rep. in insula Tiberina, nunc in museo Capitolino, epistylum aediculae marmoreum (VI 431 vidit Henzen).* — 1) *A. 100*. — 2) *Cf. N. 3616 not. 3*. — 3) *Vicus censorius memoratur etiam in basi Capitolina (cf. N. 3616 not. 2) et VI 821.* — 4) *Praetor*. — 5) *dedic. IIII k. Ian. a dextra*, 6) *quae sequuntur a sinistra nominum quattuor magistrorum incisa sunt, vocabulum cos. tractum ad prioris consulis nomen (consulum hoc par praeterea non notum).*

**3620** [Laribus A]ugust. vici Iovis fagatal[is<sup>1</sup> et | Genis Caesarum, i]mp. Nerva divi Nervae f. Traian[o | Aug. Germanico Dac]ico pont. max. trib. pot. XIII<sup>2</sup> imp. VI [cos. V, | permissu] . . . . . Pollionis trib. pleb.<sup>3</sup>,